



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1628. usque ad annum 1634

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1778**

**VD18 90118871**

§. 35. Yprensis Episcopi statuta in Congregatione Decanorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67394](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67394)

Sæc. XVII.  
A.C. 1631.

## §. XXXV.

*Iprensis Episcopi statuta in Congregatione Decanorum.*

Anno priori Georgius Chamberlingus *Harzh.*  
 Yprensis Episcopus statuit, ut suæ *tom. 9. Con-*  
*Diæcesis Decani omnes suos Parochos cil. Germ.*  
 convocarent, ac de rebus Disciplinam  
 Ecclesiasticam, morumque emendationem  
 spectantibus agerent: cum igitur  
 plura in nupera congregatione Episcopo  
 fuissent proposita, hinc die septima  
 Octobris hoc anno habita desuper de-  
 liberatione varias edidit constitutiones,  
 ac præter plures alias sanctiones statuit,  
 ut nequidem Capellani ultra tres dies  
 sine Decani licentia, & ne unum qui-  
 dem diem sine Parochi consensu a Pa-  
 rochia absint, & Ecclesiarum custodes  
 posthac non uxorati, sed cælibes &  
 tonsurati sint. Decrevit quoque, ut  
 in omni suppelætile argentea nomen  
 Ecclesiæ, ad quam illa pertinet, in-  
 sculpatur: Præterea ad eradicandas  
 superstitiones, vanasque observationes  
 Episcopus omnibus Pastoribus præce-  
 pit, ut rudem populum edoceant, su-  
 perstitionem esse, quod despontati no-  
 lint audire suas proclamationes ante-  
 nuptiales, illasque diebus dominicis  
 potius quam festivis fieri velint: quod  
 mulie-

Sæc. XVII. mulieres purificari nolint feriis sextis,  
A. C. 1631. vel pro abundantia frugum, arbores  
stramine ligent, ancillæ servitium suum  
feria secunda inchoare nolint &c. De  
nique Parochos monuit, ut irrepen  
tem abusum comedendi diebus Sab  
bati intestina, farcimina & extremi  
tes animalium, extirpare conentur.

## §. XXXVI.

*Concilium Provinciale Cameracense*

*Schanat*  
*Conc. Germ.*  
*tom. 4.*

Die decima octava Mensis Maji Fra  
ciscus Vander Burch Archiepisco  
pus, & Dux Cameracensis Provincia  
lem celebrabat Synodum, in qua pra  
ter alia statuta abrogatur invalescens  
corruptela, abigendi per strepitum eos  
qui tardius chorum ingrediuntur: præ  
cipitur etiam, ut campanæ exorta a  
ris tempestate pulsentur, tum ad tem  
pestatem vi Divina, quæ ex solemni  
prece, sacraque benedictione illis in  
est, depellendam, tum ut fideles al  
orandum, & implorandum Dei mil  
ricordiam excitentur. Inhibet etiam  
Synodus, ne Ecclesiastici suppliciis ca  
pite damnatorum interfint, nisi pia eo  
rum opera fuerit requisita. Hæc, ce  
teraque hujus Synodi decretâ non mo  
do a supremo Belgii Senatu, sed etiam  
ab Urbano VIII. Papa die decima sepi  
ma